Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Kyoviae Volhyniae Podoliae Podlachiae, Livoniae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeq[ue] nec non haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector.

Significamus praesentibus Literis Nostris Quorum interest universis et singulis Quia Nos intuitu meritorum Generosi Jacobi Chrzanowski Notarij Castrensis Ostrzeszoviensis Nobis et Reipublicae praestitorum faciendum esse duximus, ut Ipsi Dapiferatum Czerniechovien[sem] post Fata Gen[ero]si Josephi Niemierzyc vacantem et ad dispositionem Nostram devolutum daremus et conferremus uti quidem cum omnibus Juribus Praerogativis et immunitatibus ad extrema vitae eius tempora vel alterius Dignitatis assecutionem damus et conferimus praesentibus Literis Nostris Quod omnibus Quorum interest praesertim Senatoribus Dignitarijs Officialibus Totiq[ue] Nobilitati Palatinatus Czerniechoviae notum esse volentes mandamus. Quatenus praefatum Gen[ero]sum Jacobum Chrzanowski ab hinc pro vero Legitimoq[ue] Dapifero Czerniechovien[si] habeant nominent et agnoscant, eiq[ue] de Loco Juribus Immunitatibus et obventionibus, de Lege vel antiqua consuetudine ad id munus spectan[tibus] respondeant et ab alijs responderi curent, pro Gratia Nostra. In Quorum fidem praesentes manu Nostrâ Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datt Vschovae Die XIIII Mensis Julij Anno Domini MDCCXXXVII Regni Nostri IV Anno.

Augustus Rex

Dapiferatus Czerniechovien[sis] post Fata Gen[ero]si Josephi Niemierzyc Gen[ero]so Jacobo Chrzanowski Notario Castren[si] Ostrzeszoviensi.

Franciscus Ant[oniu]s Budziszewski Pincerna Terrae Nurensis S[acrae] R[egiae] M[aiesta]tis Secretarius.

36

Cancellariatu

Illustrissimi Excellentissimi et

Reverendissimi D[omi]ni D[omi]ni Andreae

Stanislai Kostka Comitis in Załuskie

Załuski Episcopi Lucenensis, et

Brestensis, Supremi Regni Cancellarij

Sigillatum

Actis Castren[sibus] Capitan[ealibus] Varsavien[sibus] Feria Quarta

pridie Crastino Festi SS[ancto]rum Simonis & Judae Apostolorum

A[nn]o D[omi]ni 1738. Privilegium introcontentum

ad Oblationem N[obi]lis Joannis Bobrzycki Suscce-

ptum cui offeren[ti] orig[ina]le eius Officij per-

quietame est extraditum. In cuius fidem

Subscriptum est &

Lempicki

Biblioteka Główna ... Bydgoszcz

404

Rkp 1223/51